INDEX MATERIARUM
ad Faſciculum I. Sententiarum Cameralium.

Materiæ. Pag.

I. *Modus tractandi cauſam in qua Judex prioris Inſtantiæ Actorum priorum editionem declinaverat. Tentatis omnibus mediis ordinariis, tandem parti appellanti productio Actorum domeſticorum conceſſa fuit, & cauſa definitivè deciſa.* 3

II. *Deciſio variorum Articulorum in controverſia inter Con-Dominos Territorii Nobiles Immediatos.* 8

III. *Continuatio cauſæ Spiringianæ & Weichſianæ*, vid. Collectionem Sententiarum Obſervat. præcedentibus ſubjunctam Num. XXXIX. 13

IV. *In Controverſia de itinere Commiſſio ad inſpectionem loci decernitur, cum variis monitis ſpecialibus.* 18

V. *Privilegia immunitatis non afficere Juribus Territorii quoad Bona in eo ſita.* 19

VI. *Continuatio cauſæ Reuſchenbergianæ*, vid. præced. Sententias poſt Obſervat. CLXVI. 22

VII. *Prædium nobile à Juriſdictione Territoriali Comitis Imperii exemptum declaratur per Paritoriam ad Mandatum. Ad hanc Sententiam melius intelligendam adjungitur Mandati ipſius tenor.* 25

VIII. *Præſtationes annuæ Viduæ Principis promiſſæ, poſt ejusdem alterum Matrimonium adjudicantur.* 38

IX. *Operarum non determinatarum præſtatio, ſi Dominus cum quibusdam tranſegerit, non accreſcere debet reliquis, ſed ipſi Domino decreſcere.* 40

X. *Viduæ nobili adjudicantur ex Pacto matrimoniali partes Bonorum Mariti.* 41

XI. *Sequeſtratio Bonorum quæ hæres in Teſtamento controverſo ſcriptus non expectato Decreto Judicis occupaverat, decernitur.* 42

XII. *Rejecta querela contra executionem rei judicatæ reſervatur condemnato deductio Gravaminum de executionis exceſſu.* 44

XIII. *Confirmatoria Sententiæ prioris Inſtantiæ per quam Bona nobilibus Dominis Feudi erant adjudicata cum aliqua declaratione.* 46

XIV. Jus

Materiæ.		Pag.
XIV.	*Jus Foreſtale quatenus ſit annexum Juriſdictioni Territoriali.*	48
XV.	*Reformatoria, in qua Domino ſylvæ communio ſaginationis porcorum adjudicatur.*	49
XVI.	*Paritoria contra ſubditos ad præſtationem pecuniarum pro excubiis. In qua Sententia arbitrium Domini circa impoſitionem Collectarum male allegatum reprehenditur.*	50
XVII.	*Abſolvitur Reus ab actione Juris Retractus & ad Intereſſe, quoad partes Bonorum allodiales. Ratione Feudalium verò interlocutoria. Quam deinde ſequitur definitiva contra Emptorem Feudorum propriorum.*	51
XVIII.	*Ad varia Gravamina ſubditorum Sententia interlocutoria & reſpectivè proviſionalis.*	53
XIX.	*In Proceſſu ſuper Conſtitutione de Pignorationibus paritoriæ Sententiæ ad Mandatum publicata fuerant Anno 1620. Reviſio verò deſerta, proinde nova Paritoria fertur, & poſt executionem peractam definitiva in puncto Cauſalium. Tandem inhæſiva cum rejectione remedii Reſtitutionis in integrum interpoſiti.*	57
XX.	*Sententiarum in cauſa Monaſterii ad* Lacum *contra ſubditos* in Crufft *& vice verſa, ſucceſſivè publicatarum* à Numero I. uſque XIX. *ſeries, in qua varii articuli de Jure Sylvatico & ſucciſione arborum, deciduntur.*	59
XXI.	*Variarum Sententiarum in cauſa diviſionis hæreditatis inter Fratres, & læſionis allegatæ ſeries* à Num. I. uſque XX.	74
	In præcedente Cauſa Appellationis deciſæ, poſtea Reſtitutionis in integrum, aliqua capita prioris Sententiæ declarantur, pleraque confirmantur.	93
XXII.	*Sententia prioris Inſtantiæ partim confirmatur, partim reformatur, declarando Pactum cum Liberis prioris Matrimonii minorennibus nullum, & condemnando hæredes Vitrici ad edendum Inventarium & reſtituendum Bona Colonaria ſalvis Meliorationibus.*	100
XXIII.	*Reformatâ Sententiâ priore condemnantur Appellati ad præſtandas operas, &, non obſtante Sententia in Poſſeſſorio Summariſſimo, ad probandum Jus Lignationis in fundo alieno, quod pars Appellans in priore Inſtantia communitati competere negaverat, fundando ſe in libertate naturali.*	102
XXIV.	*Condemnatus erat Reus in pœnam Fiſco ſolvendam ob inobedientiam. Petita Reſtitutio in integrum denegatur, ſed ab actione injuriarum æſtimatoria à Notariis inſtituta, abſolvitur.*	103
XXV.	*Editio Documentorum & Rationum injungitur, & ad ſolvendum Reſiduum Pars appellans condemnatur.*	106

XXVI. Ma-

Materiæ. Pag.

XXVI. *Manutenetur Actor in Poſſeſſione officii Præfecti hæreditarii, quod ipſi à Principe ob merita fuerat collatum, & ſimul varii Articuli incidentes de Reſtitutione acceſſoriorum &c. &c. deciduntur. Porrò manutenetur idem Actor in Poſſeſſione Feudi ab eodem Domino ipſi conceſſi. Series Sententiarum eſt* à Num. I. uſque XII. 107

Acceſſerat deinde conſenſus Sereniſſimi Principis Landgravii Haſſiæ-Caſſelani. 108

XXVII. *In cauſa criminali Actor ad Judicem priorem remittitur. Hic verò, ne contra inculpatum durius quam Sententia adverſus ipſum lata dictaverat, procederet, ad parendum Mandato condemnatur.* 116

XXVIII. *In Cauſa deciſa* ſuprà Obſervatione CXIX. *Viduæ injungitur Juramentum expurgatorium credulitatis. Deinde inter cohæredes diviſionem in Capita faciendam eſſe deciditur,* vid. Obſervat. CCXCV. 117

XXIX. *Suſpenſa adhuc deciſione potiori litis, Procuratori quid ulterius agendum ſit, injungitur, interim verò per modum proviſionis pars rea, ut ab Areſtis & Executionibus deſiſtat: Actor verò ut penſiones pro ſuſtentatione Alumnorum ſolvat, monentur.* 119

XXX. *In Cauſa aſſertæ Superioritatis Territorialis contra Monaſterium parti agenti injungitur, ut demonſtret quomodo Poſſeſſio Juris Territorialis cum Privilegiis Monaſterii conveniat. Cum monito ut uſque ad deciſionem cauſæ à violentiis deſiſtat. Porrò in actione Prælati contra ſubditos Reſtitutio in integrum denegatur, & acceptatur oblata paritio. Monitorium in præcedente Sententia repetitur.* 120

Ob Affinitatem quandam materiæ additur hic notabile Decretum Extrajudiciale in cauſa Sereniſſimæ Viduæ Principis Baadenſis, contra Monaſterium Frauenalb. 124

XXXI. *Abbatis & Conventus Ord. Præmonſtratenſ. in Arnſtein ad Lanum Jura in Pagis Winden & Weinæhr determinata Poſſeſſorio Judicio, per Sententias ſequentes.* 125

XXXII. *Fideicommiſſo à Patre Teſtamento conſtituto in feudo, favore ſtemmatis ſui, ad circumſcribendas alienationes à Filio ſe vivo ſuſceptas, abſolvitur Nepos à Poſtulationibus Viduæ Agnati ad recuperandum pretium feudi à Filio alienati, meliorationes &c. cum Reſervatione Alimentorum & Dotium, & Commiſſione ad liquidandum.* 128

XXXIII. *Solutio pecuniæ Uxori Principis promiſſæ* zum Leibgeding/ *adjudicatur ei continuanda poſt ſecundas nuptias ad dies vitæ: Cum aliqua Reſervatione.* 131

Materiæ. Pag.

XXXIV. Exemplum vetus Sententiæ declaratoriæ Rei in pœnam Mandato inſertam, poſt factum Proclama, & continuatam contumaciam in comparendo, cum Adjunctis memoria dignis. 138

XXXV. Sententia deſertoria ob errorem inexcuſabilem non Procuratoris modo, ſed etiam ipſius Appellantis & Advocati amborum Juriſperitorum, qui formulam Mandati ſpecialis ad jurandum typis (ut fieri conſuevere Procuratores) excuſam, propria manu, & appoſito Sigillo, ſubſcripſerant, in qua tamen formula aliud nomen quam Procuratoris reproducentis Proceſſus literis majoribus quæ oculos non fallebant, erat expreſſum. Adeòque Procurator Juramentum præſtiterat abſque Mandato ſibi dato. 155

XXXVI. Condemnatus erat à priori Judice Reus, tanquam ex obligatione Factoris ſui. Hæc Sententia reformatur, & Appellans abſolvitur. 156

XXXVII. Series Sententiarum publicatarum de Reſtitutione alicujus Feudi quod Actor petierat ex collata ſibi ſimultanea Inveſtitura. ibid.

XXXVIII. In Actione privati aliqua contra poſſeſſorem Prædii, Judex prior dixerat ſe competentem. A qua Sententia appellaverat Reus, declinando forum prioris Judicis. Itaque actione illa ad Judicem ſuperiorem deductâ pronunciatur, actionem non eſſe fundatam. In quæſtione verò de competentia Judicis interlocutio ſit ad edendum Documenta. Tandem deciditur quæſtio, non eſſe fundatam Juriſdictionem Judicis contra Appellantem. 163

XXXIX. Decreta extrajudicialia duo notatu digna, unum in cauſa ſubditorum contra Dominum, alterum in cauſa Officialis contra quem inquiſitio erat inſtituta. 168

XL. In Proceſſu Simplicis Querelæ (hoc eſt Citationis) *deinde Citationis ad reaſſumendum, Actor declaratur Cohæres, & pars rea condemnatur ad reſtitutionem hæreditatis, cum fructibus. Poſt hanc Sententiam* Anno 1618. *publicatam, quæ in Collectionibus præcedentibus non reperitur, varia interceſſit perſonarum mutatio; Et poſt Reviſionem interpoſitam quidem, ſed legitimè non renovatam, opus fuit noviſſimè Anno 1734. Sententiâ Inhæſiva & Paritoria, excludendo adhuc dum Dynaſtiam* Anhold. 169

XLI. Sententia prior partim confirmatur, partim reformatur, imponendo Appellantibus Juramentum Credulitatis & reſpectivè veritatis annotationum à Parentibus factarum. Deinde Uſuræ annuorum Redituum *adjudicantur uſque ad Terminum præfinitum. Reliqua Capita ex tenore Sententiæ cognoſcuntur.* 174

Materiæ. Pag.

XLII. In cauſa Citationis ſuper denegata Juſtitia (ſcil. ob neglectum Terminum ad Requiſitionem ſuper Auſtrægis) interloquendo, imponitur Productio Apocharum in Originali, & Declaratio Tituli prætenſi, ad ſemiſſem der Gült-Verſchreibung; Porrò in altero ſemiſſe adjudicantur actori Uſuræ annuorum Redituum ceſſorum. 176

XLIII. In Controverſia finium inter urbem Hildeſienſem, & Monaſterium St. Michaëlis ibidem, poſt aliquot Interlocutorias, quas hic recenſere ſupervacuum foret, & ocularem Inſpectionem per Commiſſarios factam, Sententia Definitiva eodem die publicata. 177

XLIV. In Actione de implendis Pactis Matrimonialibus continuatio Sententiarum Cameralium, in Symphoremate Conſultat. Forenſ. Vol. I. Symphorem. II. Num. XVIII. recenſitarum. 180

XLV. Sententia definitiva Cameræ Imperialis, poſt concluſionem cauſæ à centum & amplius Annis factam, per quam Dominis Comitibus de Stollberg contra Dominum Principem in Löwenſtein adjudicatur Reſtitutio Dynaſtiæ Rochefort. 182

XLVI. Continuatio Materiæ recenſitæ Obſervatione CCV. in Sententia ſequente. 184

XLVII. In cauſa Repartitionis Onerum Imperii & Circularium, in pagis ad diverſos Dominos per Contractus translatis, memorabiles Sententiæ, quibus cujusque pagi rata exprimuntur. 185

XLVIII. Viduæ Nobili adjudicantur ex Pacto Matrimoniali partes Bonorum Mariti cum fructibus & damnis à certo tempore. Addita eſt admonitio ad Judicium prioris Inſtantiæ de Actis prioribus accuratius conſcribendis. 190
Porrò, ejusdem Viduæ Pacta matrimonialia contradicta, pro validis, ipſaque ad hæreditatem Mariti qualificata declaratur, & Poſſeſſor ad reſtitutionem cum fructibus condemnatur. Sequitur mox Paritoria & Commiſſio ad liquidandum. 192

XLIX. Cum poſt Nuptias, extra domicilium Mariti celebratas, uxor eum ſequi noluiſſet, &, poſt varias fruſtra tentatas concordiæ vias, maritus, in loco domicilii ſui, Actionem Deſertionis inſtituiſſet, in qua, prævià Interlocutione, matrimonium per Sententiam in contumaciam pronunciatam, eſſet diſſolutum: Defunctô maritô, Vidua actionem inſtituit contra Filium, ex Pactis matrimonialibus, ad præſtanda ſibi lucra à Marito promiſſa, exiſtimans, Sententiam in cauſa deſertionis nihil ſibi obeſſe. Econtra filius, reconveniendo Viduam, ab ea viciſſim poſtulavit, ex Pactis matrimonialibus Parentis, quæ hic ſibi, tanquam lucra, erat ſtipulatus. Cum deinde per Sententiam prioris Inſtantiæ filius reus fuiſſet abſolutus ab Actione: in Reconventione verò Vidua condemnata ad reſti-